

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tvllii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta  
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis  
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lipsiae, 1735**

**VD18 12833770**

Oratio VIII. quae est Tertia In L. Catilinam.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18041**



*tionem sananda sunt: quae ressecanda sunt, ad perniciem civitatis manere non debent.*

*Tanti esse oportet bono Magistratui invidiae falsae atque iniquae tempestatem subire, dummodo a republica belli periculum depellatur.*

*Stultum est cum agris, cum aedificiis, cum argento, cum familia, cum rebus omnibus ornatus ac copiosus sis, si dubites de possessione detrakere ac fidem acquirere.*

*Stultissimum est certare cum usuris fructibus praediorum locupletioribus.*

*Qui premuntur alieno aere, dominationem expectant: rerum potiri volunt: honores, quos quietam republicam desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur.*

*Multi minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant arbitrantur.*

*Illud profecto perficiendum est magistratui, omnibus in republica turbatis, ut ne quis bonus intereat, paucorumque poena omnes salvi esse possint.*

---

## ORATIO VIII.

quae est Tertia

# IN L. CATILINAM.

Argumentum Orationis III. in Catilinam.

**C**icero hac Oratione captos esse coniurationis principes, opera & iudicio legatorum Allobrogum, qui Romam venerant conquestum de magistratuum iniuriis, edocet, & subla-



sublatum iam imminentis periculi metum, re porro, quemadmodum gesta erat, explicata, significat. Tum habere bonum animum Quirites iubet; quod gestum sit acceptum diis immortalibus refert; rogat, ut cum ipse, ne iis hominum audacissimorum nefariae scelerataeque mentes nocere possent, sua vigilantia prouiderit, ipsi vicissim, ne quando sibi noceant, curam suscipiant. Conclusio est: Iouem ut venerentur, gratias ei agant, & supplicationem digne celebrent, & ut sua tela vigiliis custodiusque defendant.

Videtur haec Oratio habita pridie Non. Decembr. ipso illo die, quo Lentulus & alii coniurati simul comprehensi, & in Senatum introducti sunt: sententiaeque de illis dictae a principibus, ut in custodiam traderentur.

Genus orationis deliberatiuum est maxime. Suadet enim populo, ut gratias diis agat, & supplicationem a Senatu decretam celebret.

ORATIO VIII.  
IN L. CATILINAM  
AD QUIRITES.  
CAPV T I.

**R**empubicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas <sup>1</sup>, coniuges liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem <sup>2</sup> hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore <sup>3</sup>, laboribus, consiliis, periculisque meis, ex flamma atque ferro, ac pene ex faucibus

<sup>1</sup> Possessiones. <sup>2</sup> urbem Romam. <sup>3</sup> per amorem.

<sup>4</sup> acter-



bus fati 4 ereptam, & vobis conseruatam ac resti-  
 tutam 5 videtis. Et si non minus nobis iucundi 6  
 atque illustres 7 sunt ii dies, quibus conseruamur,  
 quam illi, quibus nascimur: quod salutis 8 certa  
 laetitia est, nascendi incerta conditio 9; & quod  
 sine sensu 10 nascimur, cum voluptate 11 conser-  
 uamur: profecto, quoniam illum, qui hanc vr-  
 bem condidit 12 Romulum ad deos immortales  
 beneuolentia 13 famaue 14 sustulimus 15: esse  
 apud vos, posterosque vestros in honore debebit  
 is 16, qui eandem hanc urbem conditam amplifica-  
 tamque seruauit. Nam totius urbis templis, de-  
 lubris 17, tectis 18 ac moenibus subiectos 19 pro-  
 pe iam ignes, circumdatosque restinximus 20:  
 iidemque 21 gladios in rempublicam districtos 22  
 retrudimus 23, mucronesque eorum a iugulis 24  
 vestris reiecimus 25. Quae quoniam in sena-  
 tu illustrata 26, patefacta, compertaue 27 sunt  
 per

4 aeterni exitii. 5 redditam. 6 chari. 7 memoria  
 digni, praeclari. 8 quoniam ob conseruationem. 9 sta-  
 tus natiuitatis nostrae incertus est & variis casibus subie-  
 ctus. 10 dum nascimur, nescimus quomodo nascamur. 11  
 gaudio. 12 extruxit, qui auctor est huius urbis. 13 ex  
 amore erga illum. 14 propter famam meritorum. 15 extu-  
 limus, eueximus. 16 Cicero. 17 templis minoribus. 18  
 domibus. 19 iniectos. 20 nam restinximus ignes prope  
 iam subiectos circumdatosque templis, delubris, tectis ac  
 moenibus totius urbis. 21 & nos ipsi etiam, vel, ego et-  
 iam Cicero. 22 nudatos. 23 in vaginas reposuimus. 24  
 collis, ceruicibus. 25 repulimus. 26 clarissimis verbis  
 enarrata. 27 reuelata.

28 vt



per me vobis iam exponam breuiter, Quirites, vt 28 & quanta 29, & quam manifesta, & qua ratione inuestigata & comprehensa sint, vos qui ignoratis, & expectatis 30, ex actis scire possitis. Principio, vt 31 Catilina paucis ante diebus erupit 32 ex vrbe, cum sceleris sui socios, & huiusce nefarii belli acerrimos 33 duces Romae reliquisset, semper vigilauit, & prouidi 34, Quirites, quemadmodum in tantis, & tam absconditis insidiis salui esse 35 possemus.

28 vt vos scire possitis. 29 quam magna sint pericula. 30 scire desideratis totam rem. 31 postquam. 32 aufugit. 33 audacissimos. 34 prospexi, curavi. 35 conseruari.

## CAPVT II.

**N**Am tum 1, cum ex vrbe Catilinam eiiciebam, (non enim iam vereor 2 huius verbi inuidiam 3, cum 4 illa 5 magis sit timenda, quod 6 viuus exierit) sed tum, cum illum exterminari 7 volebam, aut 8 reliquam coniuratorum manum 9 simul 10 exituram, aut eos, qui restitissent 11 infirmos sine illo 12 ac debiles fore putabam. Atque ego, vt 13 vidi, quos 14 maximo furore & scelere esse inflammatos sciebam, eos esse nobiscum 15, & Romae remansisse: in eo 16 omnes dies, noctesque

1 Illo tempore. 2 timeo, pertimesco. 3 inuidiam eam, quae ex hoc vocabalo, *eiicere*, in me posset deriusari. 4 quoniam. 5 inuidia. 6 quod Catilina. 7 eitei, in exilium mitti. 8 putabam aut relinquam &c. 9 societatem. 10 simul cum Catilina. 11 remansissent in vrbe. 12 Catilina. 13 postquam. 14 eos, quos. 15 versari inter nos, esse in vrbe. 16 in eare.

17 in.



etesque consumsi, vt, quid agerent, quid molirentur, sentirem 17 ac viderem: vt 18 quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea 19, rem ita comprehenderem 20, vt 21 demum animis, salutis vestrae prouideretis 22, cum 23 oculis maleficium ipsum videretis. Itaque vt comperi 24 legatos Allobrogum 25, belli Transalpini 26 & tumultus Gallici 27 excitandi causa, a P. Lentulo esse sollicitatos 28, eosque 29 in Galliam ad suos ciues, eodem itinere 30 cum literis mandatisque 31 ad Catilinam esse missos, comitemque 32 iis adiunctum Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam literas: facultatem 33 mihi oblatam putavi, vt 34 quod erat difficillimum, quod ego semper optabam a diis immortalibus, tota res 35 non solum a me, sed etiam a senatu, & a vobis manifeste deprehenderetur. Itaque hesterno die L. Flaccum, & C. Pomtinum praetores, fortissimos atque amantissimos reipublicae viros, ad me vocavi: rem omnem exposui: quid fieri placeret 36, ostendi 37. Illi 38 autem, qui omnia de  
 re-

17 intelligerem, obseruarem, audirem. 18 vt rem ita comprehenderem. 19 quoniam vix mihi credere potestis, tam incredibilem fuisse sceleris magnitudinem. 20 inuestigare, explorarem. 21 tunc. 22 prospiceretis. 23 quando videretis. 24 audiui. 25 Allobroges erant populus Galliae. 26 in prouinciis, quae trans Alpes iacent. 27 in Gallia. 28 instigatos. 29 legatos. 30 per eandem viam. 31 *mit Commission.* 32 qui comitaretur legatos ad Catilinam. 33 occasionem. 34 vt res deprehenderetur. 35 coniuratio. 36 ego vellem. 37 iudicaui. 38 hi duo praetores.

39 qui



republic. praeclara atque egregia sentirent 39, sine recusatione, ac sine vlla mora negotium 40 susceperunt, & cum adesperasset 41, occulte ad pontem Muluium 42 peruenerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartiti 43 fuerunt, vt Tiberis 44 inter eos, & pons interesset. Eodem 45 autem & 46 ipsi 47 sine cuiusquam suspitione multos fortes viros eduxerunt, & ego ex praefectura 48 Reatina complures delectos adolescentes, quorum opera 49 vtor assidue in reipublicae praesidio, cum gladiis miseram. Interim tertia fere vigilia exacta 50, cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, vnaque Vulturcius, fit in eos impetus 51: educuntur, & ab illis 52 gladii, & a nostris: res 53 erat praetoribus nota solis, ignorabatur a ceteris.

39 qui reipublicae salutem quaerunt. 40 expeditionem mei consilii. 41 cum vespera appropinquaret. 42 qui super Tiberim stratus vel structus est. 43 in duas partes ierunt. 44 fluuius. 45 ad eundem locum. 46 etiam. 47 hi duo Praetores. 48 provincia, quae a praefecto Romano regebatur. 49 auxilio, ministerio. 50 cum tertia noctis vigilia fere transisset, circa mediam noctem. 51 hi Praetores aggrediuntur legatos. 52 legatis. 53 consilium totius rei.

## CAPVT III.

**T**Vm 1 interuentu 2 Pontini atq; Flacci pugna, quæ erat commissa, sedatur: literae quaecunque erant in eo comitatu, integris 3 signis 4 praetori-

1 Postea. 2 iussu. 3 illacsis. 4 sigillis.

5 le-



ribus traduntur : ipsi 5 comprehensi 6 ad me, cum iam dilucesceret 7, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorum 8 Cimbrum 9 Gabinium, statim ad me, nihil dum 10 suspicantem vocavi. Deinde item 11 accersitur 12 P. Statilius, & post eum C. Cethegus : tardissime autem Lentulus venit, credo 13, quod 14 literis dandis 15 praeter consuetudinem 16 proxima nocte vigilarat. Cum 17 vero summis ac clarissimis huius civitatis viris, qui audita re 18, frequentes 19 ad me mane conuenerant, literas a me prius aperiri, quam ad senatum referrem, placeret, ne 20, si nihil esset inuentum, temere 21 a me tantus tumultus iniectus civitati videretur : negavi me esse facturum 22, ut de periculo publico, non ad consilium publicum 23 rem integram deferrem 24. Etenim, Quirites, si 25 ea, quae erant ad me delata, reperia 26 non essent, tamen, ego non arbitrabar in tantis reipublicae periculis esse mihi minimam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem 27 celeriter, ut vidistis, coëggi 28.

5 legati. 6 captivi. 7 cum dies iam oriretur. 8 auctorem. 9 in Cimbria natum. 10 adhuc. 11 etiam. 12 iubetur ad me venire. 13 Lentulus ideo, ut arbitror, tarde ad me venit. 14 quoniam. 15 scribendis. 16 quod alias facere non solet. 17 cum placeret. 18 postquam innotuerat hic tumultus. 19 in magno numero. 20 ne videretur. 21 frustra, inconsiderate. 22 dixi, me hoc non esse facturum. 23 Senatum. 24 exponerem, narrarem. 25 etsi. 26 inuenta in literis. 27 in magno numero.

28 con-



gi 28. Atque interea statim, admonitu 29 Allobrogum, C. Sulpitium praetorem, fortem virum, missi, qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum 30 esset 31, efferret: ex quibus 32 ille 33 maximum sicarum numerum & gladiatorum extulit 34.

28 conuocauit. 29 quod monebant Allobroges. 30 gladiatorum. 31 inueniret. 32 aedibus. 33 Sulpicius. 34 protulit.

## CAPVT IV.

**I**ntroduxi 1 Vulturcium sine Gallis 2: fidem ei publicam 3 iussu senatus dedi: hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine timore indicaret. Tum 4 ille 5, cum vix se ex magno timore recepisset 6, dixit: a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata 7 & literas, ut feruorum praesidio 8 vteretur, & ad urbem 9 quam primum 10 cum exercitu accederet: id autem eo consilio 11, ut 12, cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum scriptum 13 distributumque erat, incendissent, caedemque infinitam ciuium fecissent, praesto esset 14 ille 15, qui & fugientes 16 exciperet 17, & se cum his urbanis 18 ducibus 19 coniungeret. Introdu-

1 In senatum. 2 Allobrogibus. 3 saluum conductum, impunitatem promisi, pardon, veniam delicti. 4 itaque. 5 Vulturcius. 6 collegisset, *erholet*. 7 quae ore proferret ad Catilinam & explicaret ex literis. 8 auxilio. 9 Romam. 10 quamprimum id fieri posset. 11 hoc respectu. 12 ut praesto esset ille. 13 ordinatum, dispositum. 14 ad manum & praesens esset. 15 Catilina. 16 ciues. 17 caperet. 18 in vrbe relictis. 19 coniaratis,

20 Al-



ducti autem Galli 20 iusiurandum sibi 21 & litteras a P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem 22 datas esse dixerunt: atque ita sibi ab his 23 & a L. Cassio esse praescriptum, ut equitatum in Italiam quamprimum mitterent, pedestres sibi 24 copias 25 non defuturas. Lentulum autem sibi 26 confirmasse ex fati 27 Sibyllinis aruspicumque 28 responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis, atque imperium peruenire esset necesse 29: Cinnam ante se 30, & Syllam fuisse: eundemque 31 dixisse, fatalem 32 hunc esse annum ad interitum huius urbis atque imperii, qui esset decimus annus post virginum 33 absolutionem 34, post Capitolii autem incensionem 35 vigesimus. Hanc autem Cethego cum ceteris controuersiam fuisse dixerunt, quod Lentulo & aliis, Saturnalibus 36 caedem fieri, atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id 37 longum videri.

20 Allobroges dixerunt. 21 se obstrictos fuisse iureiurando. 22 Allobroges. 23 Lentulo & reliquis. 24 coniuratis. 25 milites. 26 Allobrogum legatis. 27 vaticiniis Sibyllae, quae Romae asseruabantur magna cum cura. 28 vatium. 29 oporteret. 30 Lentulam. 31 Lentulum. 32 a fato diuino constitutum. 33 Vestalium. 34 quae accusabantur de incestu, & defensae a M. Pisone absoluebantur. 35 conflagrationem. 36 in festo Saturnalium, in quo domini seruis parabant conuiuia & ipsis administrabant. 37 tempus, haec mora nimis longa.



## CAPVT V.

**A**Cne longum lit 1, Quirites, tabellas 2 proferri iussimus, quae a quoque 3 dicebantur datae, Primum ostendimus Cethego, signum 4 cognouit 5: nos linum 6 incidimus 7, legimus: erat scriptum ipsius manu, Allobrogum senatui & populo sese 8, quae eorum legatis confirmasset, esse facturum: orare 9, vt item illi 10 facerent, quae sibi 11 legati eorum praecopissent 12. Tum 13 Cethegus, qui paulo ante aliquid de gladiis ac fisis, quae apud ipsum erant deprehensae, respondisset, dixissetque, se semper bonorum ferramentorum 14 studiosum 15 fuisse: recitatis literis 16 debilitatus, atque abiectus 17, conscientia 18 conuictus, repente conticuit. Introductus Statilius, cognouit manum & signum suum: recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam 19: confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo, & quae sui 20, cognosceretne signum: annuit 21, est vero, inquam, signum quidem notum, imago  
aui

1 Ne vos detineam longa narratione. 2 litteras interceptas. 3 a quouis coniuratorum. 4 sigillum. 5 agnouit, dixit hoc esse suum signum. 6 filum, quod cera contextum erat, & quo litterae claudebantur. 7 discimus. 8 Cethegum. 9 se orare. 10 Senatus & populus Allobrogum. 11 Cethego. 12 dixissent. 13 postea. 14 varia armorum genera. 15 curiosum, cupidum. 16 postquam eius litterae fuerunt praelectae. 17 tertius. 18 per conscientiam suam. 19 in quibus idem scriptum erat, quod in litteris Cethegi. 20 interrogari. 21 dixit, hoc signum esse suum.



aui tui clarissimi viri, qui amavit vnice patriam &  
 ciues suos: quae 22 quidem te a tanto scelere et-  
 iam muta 23 reuocare 24 debuit. Leguntur eadem  
 ratione 25 ad senatum Allobrogum populumque  
 literae 26. Si quid de his rebus dicere vellet, feci  
 potestatem 27. Atque ille primo quidem nega-  
 uit: post autem aliquando, toto indicio exposito  
 atque edito 28, surrexit 29: quaesuit a Gallis,  
 quid sibi esset cum iis 30, quamobrem domum  
 suam venissent; idemque 31 a Vulturcio. Qui  
 32 cum illi 33 breuiter constanterque 34 respon-  
 dissent, per quem 35 ad eum, quotiesque venif-  
 sent; quaesissentque ab eo 36, nihilne secum 37  
 esset de fati Sibyllinis locutus: tum ille subito 38  
 scelere demens 39, quanta vis conscientiae esset,  
 ostendit 40. Nam cum id 41 posset 42 inficiari 43:  
 repente praeter opinionem omnium confessus  
 est: ita eum non modo ingenium 44 illud, & di-  
 cendi exercitatio, qua semper valuit 45, sed etiam  
 pro-

22 imago, sigillum. 23 tacita adhortatione, recordatio-  
 ne. 24 dehortari. 25 eodem modo, quo reliquae literae  
 iam fuerant praelectae. 26 Lentuli. 27 dedi veniam, per-  
 misi Lentulo. 28 cum ego dixissem, totam rem iam esse  
 manifestatam. 29 Senatores enim sedebant. 30 quid ipse  
 negotii haberet cum iis. 31 & hoc etiam quaesuit a Vul-  
 turcio. 32 legati & Vulturcius. 33 Lentulo. 34 fortiter.  
 35 eius auxilio. 36 Lentulo. 37 cum Gallis & Vulturcio.  
 38 repente, confestim. 39 propter scelus suum fiebat de-  
 mens. 40 conspiciendum dedit. 41 quod locutus esset de  
 fati Sibyllinis. 42 potuisset. 43 negare. 44 calliditas. 45  
 dum inter optimos Oratores semper est habitus.





propter vim sceleris manifesti atque deprehensi  
 46, impudentia, qua superabat omnes, improbi-  
 tasque defecit 47. Vulturcius vero subito pro-  
 ferri literas, atque aperiri iussit, quas sibi a Len-  
 tulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi 48  
 vehementissime perturbatus Lentulus, tamen &  
 signum suum & manum cognouit. Erant autem  
 scriptae sine nomine 49, sed ita 50: QVI SIM 51,  
 EX EO 52, QVEM AD TE MISI, COGNOSCES  
 CVRA, VT VIR SIS 53, ET COGITA, QVEM  
 IN LOCVM 54 SIS PROGRESSVS; ET VI-  
 DE 55, QVID IAM TIBI SIT NECESSE. CV-  
 RA VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVN-  
 GAS, ETIAM INFIMORVM 56. Gabinius  
 deinde introductus, cum primo imprudenter  
 respondere coepisset, ad extremum 57 nihil ex  
 iis, quae Galli insimulabant 58, negavit. Ac  
 mihi quidem, Quirites, cum illa certissima  
 sunt visa argumenta, atque indicia sceleris,  
 tabellae, signa, manus, denique vnius cuius-  
 que confessio: tum multo illa certiora 59, co-  
 lor 60, oculi, vultus, taciturnitas. Sic enim obstu-  
 pue.

46 reuelati. 47 destituit, deseruit eum, 48 cum hoc  
 factum esset. 49 nomen non erat subscriptum litteris, ne-  
 que nomen Catilinae illis inscriptum. 50 ita erant scriptae.  
 51 quis ego sim, qui haec scripsi. 52 Vulturcio. 53 rem  
 tuam fortiter geras. 54 statum, conditionem. 55 expende.  
 56 seruorum. 57 tandem. 58 obiiciebant, quorum Galli il-  
 lum accusabant. 59 certiora visa sunt argumenta & indi-  
 cia, nempe. 60 pallidus.

61 clam.



puerant, si terram intuebantur, sic furtim 61 non-  
nunquam inter se aspiciebant, vt non iam ab aliis  
indicari, sed ipsi 62 a se 63 viderentur.

61 clam. 62 coniurati. 63 a se ipsis indicari & prodi.

## CAPVT VI.

**I**ndiciis expositis atque editis 1, Quirites, sena-  
tum consului 2 de summa 3 repub. quid fieri  
placeret. Dictae sunt a principibus 4 acerrimae ac  
fortissimae 5 sententiae, quae senatus sine vlla va-  
rietate 6 est consecutus 7. Et quoniam nondum  
est perscriptum S. C. ex memoria 8 vobis, Quiri-  
tes, quid Senatus censuerit, exponam. Primum  
mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod 9  
virtute, consilio, prouidentia mea, respub. peri-  
culis sit maximis liberata: deinde L. Flaccus &  
C. Pomtinus praetores, quod eorum opera 10  
forti fidelique vsus essem, merito ac iure lau-  
dantur: etiam viro forti collegae meo 11 laus  
impertitur 12, quod eos, qui huius coniura-  
tionis participes fuissent, & suis & reipublicae  
consiliis remouisset. Atque ita censuerunt 13, vt  
P. Lentulus, cum 14 se praetura abdicasset 15, tum  
16 in custodiam traderetur: itemque vti C. Cethe-  
gus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes praesent-

tes

1 Postquam edita fuerunt. 2 in consilium adhibui. 3 sa-  
lute, conseruatione. 4 Proconsulibus. 5 grauissimae, du-  
rissimae. 6 mutatione. 7 secutus, approbavit. 8 memoriter.  
9 quoniam. 10 auxilio. 11 M. Antonio, qui simul cum Ci-  
cerone Consul erat. 12 datur. 13 iudicarunt. 14 si prius, si  
ante. 15 officium Praetoris exuisset. 16 postea.

L 3

17 cu-





tes erant in custodiam traderentur: atque idem hoc decretum in L. Cassium, qui sibi procuratorem 17 incendendae urbis deposcerat: ita M. Caeparium, cui ad sollicitandos 18 pastores 19 Apuliam esse attributam, erat iudicatum: in P. Furium, qui est ex his colonis, quos Faesulas L. Sylla deduxit: in Q. Manlium Chilonem, qui vna 20 cum hoc Furio semper erat in Allobrogum sollicitatione 21 versatus 22: in P. Vmbrenum, libertinum 23 hominem, a quo primum 24 Gallos ad Gabinium perductos esse constabat 25. Atque ea 26 lenitate senatus est usus, Quirites, ut 27 ex tanta coniuratione, tantaque vi ac multitudine domesticorum 28 hostium, nouem hominum perditissimorum poena 29, republ. conseruata 30, reliquorum 31 mentes sanari posse arbitraretur. Atque etiam supplicatio 32 diis immortalibus pro 33 singulari eorum merito 34, meo nomine decreta est, Quirites, quod 35 mihi primum post hanc urbem conditam togato 36 contigit: & his decreta 37 verbis est, quod urbem incendiis, caede ciues, Italiam bello liberassem. Quae supplicatio si cum ceteris 38 conferatur 39, Quirites hoc

17 curam. 18 excitandos ad tumultum. 19 rusticos. 20 simul. 21 corruptione, seductione. 22 occupatus fuerat. 23 libertate donatum. 24 prima vice. 25 iudicatum erat. 26 tanta. 27 ut Senatus arbitraretur. 28 ciuiliu, vrbano- rum. 29 per poenam & supplicium. 30 cum conseruata sit. 31 coniuratorum. 32 preces & gratiarum actiones publi- cae. 33 iuxta. 34 beneficio. 35 qui honor. 36 qui nullum triumphum egi, ut itaque mihi hoc longe gloriosius sit omnibus triumphis. 37 supplicatio, 38 supplicationibus, 39 comparetur. 40 hoc



hoc interfit 40, quod ceterae 41, bene gesta 42, haec  
 43 vna, conseruata 44 republica constituta. At-  
 que illud, quod faciendum primum fuit, factum  
 atque transactum est. Nam P. Lentulus, quam-  
 quam patefactus iudiciis & confessionibus suis,  
 iudicio 45 senatus non modo praetoris ius, ve-  
 rum etiam ciuis 46 amiserat; tamen magistratu  
 47 se abdicauit: vt quae religio C. Mario, cla-  
 rissimo viro, non fuerat 48, quo minus C. Glau-  
 ciam, de quo nihil nominatim erat decretum,  
 praetorem occideret, ea nos religione 49 in pri-  
 uato 50 P. Lentulo puniendo liberamur 51.

40 hoc discrimen obseruari poterit. 41 supplicationes  
 decretae fuerunt. 42 postquam res bene gesta fuit in bel-  
 lo. 43 quae mihi decreta est. 44 postquam res publica con-  
 seruata fuit. 45 ex sententia. 46 ius ciuis Romani. 47 of-  
 ficio Praetoris. 48 quoniam C. Marius non timuerat occi-  
 dere Praetorem C. Glauciam. 49 timore. 50 qui Magi-  
 stratum amplius non gerebat, & adeo agebat vitam priua-  
 tam. 51 non enim licebat occidere magistratum, qui sa-  
 crofanctus erat; sed reus priuabatur antea officio suo, &  
 deinceps puniebatur.

## CAPVT VII.

**N**Vnc, quoniam, Quirites, sceleratissimi  
 periculosissimique belli nefarios du-  
 ces 1 captos 2 iam, & comprehensos tene-  
 tis, existimare debetis, omnes Catilinae co-  
 pias, omnes spes atque opes, his depul-  
 sis

1 Auctores, 2 captiuos.

L 4

3 post-





fis vrbis periculis 3, concidisse 4. Quem 5 quidem  
 ego cum ex vrbe pellebam, hoc prouidebam ani-  
 mo, Quirites, remoto Catilina 6, nec mihi esse P.  
 Lentuli fomnum 7, nec L. Cassii adipem 8, nec C.  
 Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam.  
 Ille 9 erat vnus 10 timendus ex his 11 omnibus, sed  
 12 tamdiu, dum 13 moenibus vrbis continebatur  
 14. Omnia norat: omnium aditus tenebat: ap-  
 pellare, tentare 15, sollicitare 16 poterat, audebat  
 17, erat ei 18 consilium 19 ad facinus 20 aptum,  
 consilio 21 autem neque lingua, neque manus de-  
 erat. Iam ad ceteras res conficiendas certos ho-  
 mines, delectos ac descriptos 22 habebat; neque  
 vero cum 23 aliquid mandauerat, confectum 24  
 putabat: nihil erat, quod non ipse obiret 25, oc-  
 curreret 26, vigilaret, laboraret: frigus, sitim,  
 famem ferre poterat. Hunc ego hominem tam  
 acrem, tam paratum, tam audacem, tam callidum,  
 tam in scelere vigilantem, tam perditis rebus 27  
 diligentem, nisi ex domesticis insidiis in ca-  
 stren-

3 postquam haec pericula depulsa sunt ab vrbe Roma.  
 4 periisse. 5 Catilinam. 6 & si modo Catilinam remo-  
 uissem & eiecissem ex vrbe. 7 somnolentiam, negligentiam.  
 8 obesitatem corporis, & stupiditatem ingenii. 9 Catilina.  
 10 solus. 11 inter hos omnes eius socios. 12 sed modo. 13  
 quamdiu. 14 in vrbe erat. 15 explorare. 16 instigare, ex-  
 citare. 17 & audebat etiam hoc facere. 18 habebat. 19  
 ingenium, calliditatem. 20 seu bonum seu malum. 21 ad  
 consilium & cogitationes perficiendas. 22 constitutos, or-  
 dinatos. 23 cisi, quando. 24 effectum. 25 adiret, obser-  
 uaret, inspiceret. 26 iuaret, 27 cum scelus ipsius & con-  
 iuratio esset manifestata.



strense latrocinium compulsem 28, (dicam id, quod sentio, Quirites) non facile hanc tantam molem mali 29 a cervicibus 30 vestris depulsem. Non ille vobis Saturnalia constitisset 31, neque tanto 32 ante exitium ac fati 33 diem reipub. denuntiasset, neque commisisset 34, vt signum, vt literae suae, testes 35 denique manifesti sceleris deprehenderentur 36. Quae 37 nunc, illo 38 absente, sic gesta sunt, vt nullum in priuata domo furtum vnquam sit tam palam inuentum 39, quam haec tanta in rempubl. coniuratio manifesto inuenta atque deprehensa est. Quod si Catilina in vrbe ad hanc diem remansisset, quamquam quoad 40 fuit, omnibus eius consiliis occurrere atque obstiteri: tamen, vt leuissime 41 dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset: neque nos vnquam, dum 42 ille in vrbe hostis fuisset, tantis periculis rempublicam, tanta 43 pace, tanto otio, tanto silentio, liberassemus.

28 nisi ego eum compulsem in castra sua, in quibus exercere non potest latrocinium suum, dum in vrbe & in domibus non potest amplius nobis insidiari. 29 exitii, periculi. 30 capitibus. 31 certe Catilina non expectasset vsque ad festum Saturnaliorum. 32 tandiu. 33 interitus. 34 permisisset. 35 quae testimonium dederunt. 36 interciperentur. 37 quae omnia. 38 dum Catilina ex vrbe pulsus est. 39 deprehensum. 40 quamdiu fuit in vrbe. 41 mollissimis verbis, vt minimum dicam. 42 quamdiu, 43 in tanta.



## CAPVT VIII.

**Q**uamquam haec omnia, Quirites, ita 1 sunt a  
 me administrata, vt 2 deorum immortalium  
 nutu 3 atque consilio & gesta, & prouisa 4 esse  
 videantur, idque cum 5 coniectura 6 consequi  
 7 possumus, quod 8 vix videtur humani consilii  
 9 tantarum rerum gubernatio esse 10 potuisse,  
 tum vero 11 ita praesentes 12 his temporibus  
 opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos 13 pe-  
 ne oculis videre possemus 14. Nam vt illa  
 omittam, visas nocturno tempore ab occidente  
 faces 15, ardoremque coeli, vt fulminum iactus,  
 vt terrae motus, ceteraque, quae tam multa,  
 nobis consulibus 16, facta sunt, vt haec quae  
 nunc fiunt, canere 17 dii immortales viderentur:  
 hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, ne-  
 que praetermittendum neque relinquendum 18  
 est. Nam profecto memoria tenetis 19, Cot-  
 ta & Torquato edf. 20 complures in Capi-  
 tolio 21 turres de coelo 22 esse percussas,  
 cum 23 & simulacra 24 deorum immorta-  
 lium

1 Hoc modo. 2 vt haec omnia. 3 ex voluntate. 4 pri-  
 denter acta. 5 non solum. 6 per coniecturam, conici-  
 endo. 7 capere, penetrare. 8 quoniam. 9 consilio. 10  
 agi, perfici. 11 sed etiam. 12 dii. 13 deos. 14 in prodigiis,  
 quae his diebus visa sunt. 15 vel cometas vel aliud meteo-  
 rum igneum. 16 quamdiu ego Consul fui. 17 praedicere,  
 omīnari, indicare. 18 tacendum. 19 recordamini. 20 cum  
 Cotta & Torquatus essent Consules. 21 arce Romae. 22  
 fulmine. 23 quo fulmine, 24 imagines.



lium depulsa sunt, & statuae veterum hominum  
 25 deiectae, & legum aera 26 liquefacta. Tactus  
 est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Ro-  
 mulus 27, quem 28 inauratum in Capitolio par-  
 rum 29 atque lactentem, vberibus lupinis 30 in-  
 hiantem 31 fuisse 32 meministis. Quo quidem  
 tempore, cum aruspices ex tota Etruria conue-  
 nissent, caedes atque incendia, & legum interi-  
 tum & bellum ciuile ac domesticum, & totius  
 urbis atque imperii occasum appropinquare di-  
 xerunt, nisi dii immortales omni ratione 33 pla-  
 cati suo numine 34 prope fata 35 ipsa flexissent.  
 Itaque ex illorum 36 responsis 37 tunc & ludi de-  
 cem per dies facti sunt, neque res vlla, quae ad  
 placandum deos pertineret 38, praetermissa est:  
 iidemque 39 iusserunt, simulacrum Iouis face-  
 re maius, & in 40 excelso collocare, & con-  
 tra, atque ante fuerat 41, ad orientem con-  
 uertere: ac se 42 sperare dixerunt, si illud si-  
 gnum 43, quod videtis, solis ortum 44, & fo-  
 rum, curiamque conspiceret 45, fore, vt ea con-  
 filia,

25 Maiorum nostrorum. 26 aeneae tabulae, in quibus  
 erant leges scriptae. 27 Romuli statua. 28 quam statuam.  
 29 infantulum. 30 lupae. 31 lactare cupientem. 32 re-  
 praesentatam. 33 modo. 34 per suam potentiam. 35 sen-  
 tentiam Iouis de interitu Romae. 36 aruspicum. 37 iux-  
 ta illorum responsa & decreta. 38 facere videretur. 39  
 aruspices. 40 in loco. 41 ante Romuli imago non po-  
 sita erat versus Orientem, nunc vero poni debebat. 42  
 aruspices. 43 noua imago Romuli. 44 versus ortum. 45  
 vultum conuerteret.

L 6.

46 con-





filia 46, quae clam essent inita 47 contra salutem  
urbis atque imperii, illustrarentur 48, vt a S. P. Q.  
R. perspici possent. Atque illud 49 ita collocan-  
dum consules isti 50 locauerunt: sed tanta fuit  
operis tarditas, vt neque a superioribus 51 consu-  
libus, neque a nobis 52 ante hodiernum diem  
collocarentur 53.

46 coniuratio. 47 suscepta. 48 manifestarentur, pro-  
derentur. 49 signum. 50 Cotta & Torquatus. 51 qui ante  
me fuerunt, nempe L. Caesare & C. Figulo. 52 a me Con-  
sule. 53 collocari & erigi.

## CAPVT IX.

**H**ic 1 quis potest esse, Quirites, tam auersus a  
vero 2, tam praeceps 3, tam mente captus 4,  
qui neget haec omnia, quae videmus, praecipue-  
que hanc urbem, deorum immortalium nutu at-  
que potestate administrari 5? Etenim cum esset  
ita responsum 6, caedes, incendia, interitumque  
reipublicae comparari 7, & ea 8 a perditis ciui-  
bus, quae tum propter magnitudinem scelerum  
nonnullis incredibilia videbantur 9, ea 10 non  
modo cogitata a nefariis ciuibus, verum etiam  
suscepta 11 esse sensistis. Illud vero nonne ita  
praesens 12 est, vt 13 nutu Iouis optimi maximi  
factum esse videatur, vt, cum hodierno die  
mane

1 Iamque adeo, igitur. 2 tam infensus hostis veritati. 3  
sine iudicio ac sensu. 4 amens. 5 dirigi, regi. 6 cum ita  
respondissent aruspices. 7 parari. 8 haec pericula omnia.  
9 dum nemo putasset, tanta scelera a quoquam ciue posse  
excogitari. 10 tamen ea scelera & hanc coniurationem. 11  
incepta. 12 certum, ita omnium oculis patet. 13 vt signum  
statueretur &c. 14 pro-



mane per forum meo iussu & coniurati, & eorum indices 14 in aedem 15 Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum 16 statueretur 17? quo 18 collocato, atque ad vos senatumque conuerso 19, omnia & 20 senatus & 21 vos, quae erant contra salutem omnium cogitata, illustrata & patefacta vidistis. Quo enim maiore sunt isti 22 odio supplicioque 23 digni, qui 24 non solum vestris domiciliis atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre 25 conati: quibus 26 ego si me restitisse dicam, nimium 27 mihi sumam & non sum ferendus 28: ille, ille Iupiter restitit: ille Capitolium, ille haec templa, ille hanc urbem, ille vos omnes saluos esse voluit 29: Diis ego immortalibus ducibus 30 hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi, atque ad haec tanta indicia 31 perueni. Iam vero illa, Allobrogum sollicitatio 32 sic 33 a Lentulo, ceterisque domesticis 34 hostibus, tanta 35 res, tam dementer cre-

14 proditores coniuratorum. 15 templum. 16 Iouis simulacrum. 17 erigeretur. 18 signo. 19 & postquam ita collocatum fuit hoc signum, ut conuerteret vultum suum erga vos & Senatum. 20 tam Senatus vidit. 21 quam vos vidistis. 22 coniurati. 23 poena publica. 24 qui sunt conati. 25 incendere domus vestras ac templa. 26 ignibus vel coniuratis. 27 nimium honorem mihi attribuerem. 28 & dignus essem ob hanc arrogantiam, qui e medio tollerem. 29 conseruauit. 30 dii animum meum rexerunt in hoc negotio. 31 coniurationis. 32 excitatio ad rebellionem. 33 sic nunquam profecto esset tractata. 34 civilibus. 35 & tanta res nunquam esset credita & commissa hominibus ignotis & barbaris.

L 7

36 exte-





credita & ignotis, & barbaris 36, commissaeque  
 37 literae nunquam essent profecto, nisi a diis  
 immortalibus huic tantae audaciae 38 consilium  
 39 esset ereptum. Quid vero 40? ut homines  
 Galli 41 ex ciuitate male pacata 42, quae gens vna  
 restat, quae populo Romano bellum facere &  
 posse, & non nolle videatur, spem imperii, &  
 rerum amplissimarum, vltro sibi a patriciis 43 ho-  
 minibus oblatam negligenter 44, vestramque sa-  
 lutem suis opibus 45 anteponerent: id nonne di-  
 uinitus 46 factum esse putatis? praesertim qui  
 47 nos non pugnando, sed tacendo 48 superare  
 potuerunt 49.

36 exteris, non Romanis. 37 & literae nunquam datae  
 essent barbaris a Lentulo & reliquis. 38 his tam audacibus  
 viris. 39 mens & omnis prudentia. 40 porro dicam aut  
 cogitem. 41 negligenter &c. 42 qui Romam venerant  
 ex ciuitate Allobrogum, quae moleste ferebat imperium  
 Romanum. 43 ciuibus & Senatoribus Romanis. 44 repu-  
 diarent. 45 potentiae. 46 ex consilio eorum. 47 qui  
 Galli. 48 si coniurationem reticissent. 49 potuissent.

## CAPVT X.

**Q**uamobrem, Quirites, quoniam ad omnia  
 puluinaria 1 supplicatio 2 decreta est,  
 celebratote illos dies cum coniugibus ac  
 liberis vestris. Nam multi saepe hono-  
 res diis immortalibus iusti 3 habiti sunt

4 ac

1 Tempa. Simulacra enim deorum imponebantur pul-  
 uinaribus. 2 preces & gratiarum actiones solennes. 3 pro  
 acceptis beneficiis.

4 ex.



4 ac debiti, sed profecto iustiores 5 nunquam 6. Erepti enim ex crudelissimo ac miserrimo interitu, & erepti sine caede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione: togati, me vno togato 7 duce & imperatore, vicistis. Etenim recordamini, Quirites, omnes ciuiles dissensiones, neque solum eas, quas audistis, sed & has, quas vosmet ipsi meministis & vidistis, L. Sylla, P. Sulpicium oppressit 8: ex vrbe eiecit C. Marium custodem 9 huius vrbis, multosque fortes viros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octavius Cos. armis ex vrbe collegam 10 suum expulit: omnis hic locus 11 acervis corporum, & ciuium sanguine redundauit 12. Superauit 13 postea Cinna cum Mario: tum 14 vero, clarissimis viris interfectis, lumina 15 ciuitatis extincta sunt. Vltus est 16 huius victoriae crudelitatem postea Sylla: ne dici 17 quidem opus est, quanta 18 diminutione 19 ciuium, & quanta calamitate reipubl. Dissensit 20 M. Lepidus a clarissimo & fortissimo viro Q. Catulo. Attulit non tam ipsius 21 interitus reipublicae luctum, quam ceterorum 22. Atque illae dissensiones erant huiusmodi 23, Quirites, quae non ad delen-

4 exhibiti. 5 honores. 6 antea habiti sunt. 7 dum ego in pace hostem periculosissimum vici. 8 vidit. 9 conseruatorem. 10 Cinnam Consulem. 11 vrbs vniuersa. 12 repleta fuit. 13 vicit & occupauit Romam. 14 illo tempore. 15 nobilissimi Viri. 16 vindicauit. 17 vt prolixè enarretur non opus. 18 cum quanta. 19 caede. 20 in discordiam & contentionem incidit. 21 Lepidi. 22 qui adhaerebant Lepido & interfecti sunt. 23 ita erant comparatae.

24 pos-





lendam, sed ad commutandam rempublicam  
 pertinerent 24. Non illi 25 nullam esse repu-  
 blicam, sed 26 in ea, quae esset, se esse princi-  
 pes 27: neque hanc urbem conflagrare, sed se in  
 hac vrbe florere 28 voluerunt. Atque illae ta-  
 men omnes dissensiones, quarum nulla exitium  
 reipublicae quaesuit 29, eiusmodi fuerunt, vt  
 non reconciliatione 30 concordiae, sed interne-  
 cione ciuium diiudicatae sint. In hoc autem  
 vno post hominum memoriam maximo crude-  
 lissimoque bello 31, quale bellum nulla vnquam  
 barbaria 32 cum sua gente gessit, quo in bello  
 lex haec fuit a Lentulo, Catilina, Cassio, Cethego  
 constituta, vt omnes, qui salua 33 vrbe salui esse  
 possent, in hostium numero ducerentur 34; ita  
 me, Quirites, vt omnes salui conseruaremini: &  
 cum hostes vestri tantum 35 ciuium superfutu-  
 rum putassent, quantum infinitae caedi restitit-  
 set: tantum autem vrbis 36, quantum flamma  
 37 obire 38 non potuisset: & 39 urbem, &  
 ciues integros 40 incolumesque seruaui.

24 possent aliquid efficere. 25 illi non voluerunt. 26  
 prorsus deleri. 27 sed Principes esse voluerunt in ea repu-  
 blica, quae maneret. 28 regnare. 29 intendit, pro scopo  
 habuit. 30 per reparationem, restitutionem. 31 in hoc au-  
 tem bello ita me gessi. 32 barbaria gens. 33 in salua. 34  
 haberentur. 35 numerum. 36 cumque hostes putassent, id  
 tantum superfuturum ex vrbe. 37 per ignem iniectum, 38  
 deleri, 39 ego tamen &c. 40 saluos, illaefos.

CAPVT



## CAPVT IX.

**Q**Vibus pro i tantis meritis 2, Quirites, nullum  
 ego a vobis praemium virtutis, nullum in-  
 signe honoris, nullum monumentum laudis po-  
 stulo, praeter, quam huius diei memoriam  
 sempiternam. In animis ego vestris omnes  
 triumphos meos, omnia ornamenta 3 honoris,  
 monumenta gloriae, laudis insignia condi 4 &  
 collocari volo. Nihil me mutum 5 potest dele-  
 ctare, nihil tacitum 6, nihil denique huiusmodi  
 7, quod etiam minus digni 8 assequi 9 possint.  
 Memoria 10 vestra, Quirites, nostrae res aentur 11,  
 sermonibus crescent 12, literarum monumentis  
 13 inueterascent 14 & corroborabuntur: eandem-  
 que diem intelligo, quam spero aeternam fore,  
 & ad salutem vrbis, & ad memoriam consulatus  
 mei propagatam 15: vnoque tempore in hac re-  
 publica duos 16 ciues extitisse 17, quorum alter 18  
 fines vestri imperii, non 19 terrae, sed coeli re-  
 gionibus 20 terminaret, alter 21 eiusdem imperii  
 domicilium sedemque seruaret.

1 Pro quibus. 2 beneficiis. 3 insignia. 4 reponi, con-  
 seruari. 5 nec statua, nec imago. 6 statua, quae muta est.  
 7 tale. 8 qui publicos honores & statuas non merentur. 9  
 consequi, impetrare. 10 per memoriam vestram, & in ani-  
 mis vestris. 11 conseruari debent. 12 augebuntur, pluri-  
 mum ornabuntur. 13 in libris Historiae Romanae. 14 per-  
 nient ad posteros. 15 semper commemorandam. 16 Cn.  
 Pompeium & Ciceronem. 17 vixisse dicetur. 18 Pompe-  
 ius. 19 non terminavit aut posuit in regionibus terrae. 20  
 sed in mundi finibus, vbi perpetuum coelum est. 21  
 Cicero.

CAP.



## CAPVT XII.

**S**ed quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem 1 fortuna 2 atque conditio 3, quae 4 illorum, qui externa bella gesserunt, quod 5 mihi viuendum sit cum illis, quos vici ac subegi, illi 6 hostes aut interfectos, aut oppressos reliquerunt: vestrum 7 est, Quirites, si ceteris recta sua facta profunt 8, mihi mea 9 ne quando 10 ob sint, prouidere 11. Mentis enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne 12 vobis nocere possent, ego prouidi: ne mihi noceant, vestrum est prouidere. Quamquam, Quirites, mihi quidem ipse nihil iam ab istis noceri potest. Magnum enim est in bonis 13 praesidium, quod 14 mihi in perpetuum comparatum est: magna in republica dignitas, quae me semper tacita 15 defendet: magna vis est conscientiae 16, quam qui 17 negligent, cum 18 me violare volent, se ipsi indicabunt. Est etiam in nobis 19 animus, Quirites, vt non modo nullius audaciae cedamus, sed etiam omnes improbos vltro semper laceffamus 20. Quod si omnes

im-

1 Vna eademque. 2 felicitas. 3 status. 4 quae felicitas apud eos esse solet. 5 quoniam. 6 Imperatores externorum bellorum. 7 igitur vestri officii erit, prouidere. 8 aliquam adferunt vtilitatem. 9 recte facta. 10 aliquando. 11 curare atque prospicere. 12 ne vero caedem mentes sceleratae coniuratorum & qui illis adhuc adhaerent & mihi inuident. 13 hominibus. 14 quod praesidium mihi nunquam deerit. 15 clam, sine vlla vi externa. 16 bonae, recte factorum. 17 illi, qui bonam conscientiam negligunt. 18 si, quando. 19 tam fortis. 20 ad iram excitem aduersus me.

si qui



impetus domesticorum hostium depulsi 21 a vobis se in me vnum conuerterint; vobis erit prouidendum 22, Quirites, qua conditione 23 posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint 24 inuidiae, periculisque omnibus. Mihi quidem ipsi quid est 25, quod iam ad vitae fructum 26 possit acquiri 27: Praesertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis quidquam videam altius, quo 28 quidem mihi libeat adscendere. Illud perficiam profecto, Quirites, vt ea, quae gessi in consulatu, priuatus 29 tuear atque ornem: vt si qua est inuidia in conseruanda republica suscepta 30, laedat 31 inuidos, mihi valeat 32 ad gloriam. Denique ita me in republica tractabo, vt meminerim semper quae gesserim, curemque, vt ea 33 virtute 34, non casu 35, gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam iam nox est, veneramini illum Iouem, custodem huius vrbs ac vestrum: atque in vestra tecta 36 discedite, & ea 37, quamquam iam periculum est depulsum, tamen aequae 38, ac priori nocte, custodiis vigiliisque defendite,

21 qui impetus depulsi sunt a vobis. 22 considerandum. 23 in quo statu. 24 sese praecipitant in inuidiam. 25 ego certe nihil habeo. 26 honorem, vtilitatem. 27 adlici, adhuc quaeri. 28 ad quod in summo honore iam sum apud vos constitutus. 29 postquam non amplius ero Consul, post meum Consulatam. 30 si ego incidi in aliquam inuidiam, 31 haec inuidia non me laedat aut mihi noceat, sed inuidis. 32 meam vero gloriam augent. 33 quae gessi. 34 per virtutem. 35 fortuito. 36 domos. 37 eas domos vestras. 38 non aliter, perinde,





te. Id 39 ne vobis diutius faciendum sit, atque vt in perpetua pace esse possitis, providebo 40.

39 talis defensio. 40 curabo & efficiam.

## SENTENTIAE.

**N**on minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conseruamur, quam illi, quibus nascimur; quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta conditio; quod sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur.

## ORATIO IX.

quæ est quarta

## IN L. CATILINAM.

Argumentum Orationis IV. in Catilinam.

**I**n hac oratione refert de supplicio coniuratorum, qui custodiae traditi erant, & simul quid ipse sentiat, ostendit, idque inter duas variantes sententias. Vna nempe Iunii Silani est, qui tanquam Consul designatus, omnium primus de more rogatus, vt mors coniuratis poena esset, censebat; altera C. Caesaris, Aedilis Curulis, qui volebat, vt æternis tenebris, vinculisque mandarentur, bona eorum publicarentur, vitam tamen retinerent. Laudat quidem Cicero utramque sententiam; eam tamen, quam Silanus dixerat, sequendam censeat. Memoriam sui Consulatus a Senatu postulat; si quid sibi acciderit, paruum filium commendat; hortatur, vt de coniuratorum ducibus, cum agatur in eo salus ciuitatis vniuersæque reipublicæ, diligenter.



genter fortiterque decernat; suum & in Consulatu & in  
omni vicia praesidium auxiliumque pollicetur.

Oratio est suasoria, & ad deliberatiuum genus referenda,  
coniuratis enim deprehensis de poena; duabus dictis senten-  
tiis, de electione poenae deliberat.

Dicta est Non. Decembr. in templo Iouis Statoris.

Stylus omnium quatuor Orationum est altus, gravis, & qui  
tantam rem tantumque Consulem decet.

Euentus fuit, ut de coniuratis captiuis supplicium su-  
meretur in carcere, dum ipsis gulae frangebantur laqueo.

ORATIO IX.  
IN L. CATILINAM  
IN SENATU,

CAPVT I.

**V**ideo, P. C. in me omnium vestrum 1 ora  
2, atque oculos esse conuersos: video  
vos non solum de vestro ac reipubli-  
cae, verum etiam, si id 3 depulsum sit, de  
meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucun-  
da in malis, & grata in dolore vestra erga me  
voluntas 4: sed etiam 5, per deos immortales,  
quaeso 6, deponite, atque obliti 7 salutis meae,  
de vobis ac de liberis vestris cogitate 8. Mihi qui-  
dem si haec conditio consulatus data est, ut  
omnes

1 Vestrorum, vestra. 2 vultus. 3 periculum reipubli-  
cae. 4 benevolentia. 5 vestram de me sollicitudinem. 6  
rogo atque obsecro vos. 7 dum obliuiscimini. 8 habete  
curam, estote solliciti,